Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



R e

unusquisq; in peccato suo morietur.
ipse percussit edom in valle salinarum
x mil. et asphendit petram in proelio vocat
nomen eius iecthel usq; in hodiernum
diem. Tunc misit amasias rex nuntios
ad ioas filium ioachas filii iehu regis
israel dicens. Veni videamus
nos. Remisit q; ioas rex israel ad amasiam
regem iuda dicens. Cardus libani mi
sit ad cedrum que est in libano dicens
Da filiam tuam filio meo uxorem. Tran
sierunt q; bestie saltus que sunt in li
bano. et conculcaverunt cardum. Percussi
q; in valuisti edom sup. et sublevavit
te cor tuum. contentus esto gla. et sed in
domo tua. quare provocas et cadas tu
et iuda tecum. Et no ad quiescit amas
sias. ascendit q; ioas israel rex et vidrunt
se ipse et amasias rex iuda in bethsames
opido iude. Percussus q; est iuda coram israel
et fugerunt unusquisq; in tabnacla sua
amasiam uero regem iuda filium iohas
filii achazie cepit iohas rex israel in
bethsames et adduxit eum in iheru
et interrupit murum urbis a porta eph
raim usq; ad portam angli quadrigen
tos cubitos. tulit q; omne aurum et
argentum et vniuersa uasa que inuenta
sunt in domo domini et in thesauris
regis et obsides et reversus est samaria
am. Reliqua autem ioas quecq;
fecit et fortitudo eius qua pugnauit
contra amasiam regem iuda. nonne
hec scripta sunt in libro sermonum die
rum regum israel. Dormiuit q; ioas
cum patribus suis et sepultus est in
samaria cum regibus israel. Et regna
uit ieroboam filius eius pro eo. Vixit
autem amasias filius ioas rex iuda po
quam mortuus est ioas filius ioachas
regis israel. xv. annis. Reliqua autem
sermonum amasie regis iude. nonne hi
scripta sunt in libro sermonum dierum
regum iuda. facta est contra eum con
iuratio in iheru. at ille fugit in lachis
miserunt q; post eum in lachis et in
fecerunt eum ibi. Et asportauerunt in
equis. sepultus q; est in iheru cum patribus
suis in ciuitate dauid. Tulit autem vni
uersus populus iude azariam annos xvi
et constituerunt eum regem pro
patre eius amasia. ipse edificauit hay
lam et restituit eam iude. Postquam dor
mivit rex cum patribus suis. anno
xii. amasie filii ioas regis iuda regna
uit ieroboam filius ioas regis israel
in samaria. xl. et uno anno. et fecit quod
malum est coram domino. non recessit
ab omnibus peccatis ieroboam filii nabath
qui peccare fecit israel. Ipse restituit
terminos israel ab introitu emat usq;
ad mare solitudinis iuxta sermonem
domini dei israel. quem locutus e dns
per seruum suum ionam filium amathi p
phetam. qui erat de geth. que e in ophra
vidit enim dominus affliccionem israel amara
nimis. eo quod consumpti essent
usq; ad clausos carceres. et ex tremos et
non esset qui auxiliaretur israel. nec lo
cutus est dominus ut deleret nomen
israel sub celo. Sed et saluauit eos in ma
nu ieroboam filii ioas. Reliqua autem
sermonum ieroboam et uniuersa q; fecit et
fortitudo eius qua pugnatus fuit et quomo
restituit damascum et emat. nonne israel
nonne hi scripta sunt in libro sermonum
dierum regum israel. Dormiuit q; iero
boam cum patribus suis regibus israel.